DISSERTATIO JURIDICA 4

DE

PROBATIONE ILLATIONIS DOTIS,

QVAM

DEO T. O. M. ADNUENTE,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

PHILIPPO WILHELMO

PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENB.

DUCATUS MAGDEBURGICI GUBERNATORE,

RELIQUA,

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRAESIDE

DN. JAC. FRIDER. LUDOVICI

J. U. D. ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.

FAUTORE AC PRÆCEPTORE ÆTATEM COLENDO,

Ad d. Octobr. MDCCXI.

placido eruditorum examini ſubmittit

CHRISTOPHORUS FRIDERICUS de Werc

EQVES POMERANUS.

HALAE MAGDEB.

Literis STEPHANI ORBANI, Acad. Typogr.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO ERNESTO BOGISLAO DE KAMEKE,

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE MINISTRO STATUS INTIMO,

SUPREMO RERUM DOMANIALIUM NEC NON GENERALI POSTARUM DIRECTORI,

RELIQUA,

DOMINO SUO GRATIOSO,

FELICITATEM.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIME DOMINE,
DOMINE GRATIOSE,

Laudi ducitur inſigni Viris Summis, in eos, qui ſtudia cupide & laborioſiſſime exercent, propenſa ac perpetua eſſe voluntate: etenim hanc ob rem fieri ſolet, ut ſuperioribus ſint acceptiſſimi, inferioribus cariſſimi. Hinc relatum legimus, ipſos Principes, Reges ac Imperatores immortalitatem nominis eſſe conſecutos, quod non ſemet-ipſos ſolum a teneris, ut Græci dicunt, ungviculis manciparint litteris; verum &

ſapientiſſimis atque ſingulari doctrina ſpectatiſſimis Viris multum tribuerint. Octavium Imperatorem veriſſimis æque ac juſtiſſimis extollunt laudibus hiſtorici, quod tanta fuerit humanitate, ut prandens cum Ducibus ſemper de rebus bellicis, cœnans cum Philoſophis de ſcientiis diſciplinisque locutus ſit. Mos ſane haud ſpernendus, quem merito omnes Principes obſervare deberent; ut ſcilicet perinde, ac Imperator laudatiſſimus, nihil unquam litteris virisque eruditione clariſſimis habeant antiquius. Sane, ILLUSTRISSIME DOMINE, de eximia TUA, quam exhibes litterarum cultoribus, humanitate, revera ſimile quid prædicari poſſe, nemo, niſi qui a veritatis, quod ajunt, itinere aberrat, diffitebitur. Quis enim eſt, qui non ſatis perſpectum habeat atque cognitum, TE in omni ſtudiorum genere ab initio verſatum eſſe ætatis, in eoque ita profeciſſe, ut domicilium erudi-

eruditionis haud immerito dici poſſis. Et quid hæc prædico? Ex eo quoque immortale nactus es nomen, quod Muſæ, quæ his temporibus ferme relictæ undique vagantur, TUIS ſemper defendantur patrociniis. Quæ cum apud animum meum probe expenderem, præſentem, quam vides, de probatione illationis dotis diſſertationem TIBI, DOMINE ILLUSTRISSIME, ea, qua decet, animi devotione conſecrare nullus dubitavi, certa ſpe nixus, fore, ut illam, quamvis in ea eruditi quidquam nihil inveniatur, tamen benigna, ut ſveviſti, ac ſerena fronte ſis accepturus, mihique locum in numero Clientum TUORUM relicturus, ego enim eruditorum numero me nunquam adſcribo, conatum tamen diſcendi foveo, & hinc TIBI voluntatem quoque, quamvis vires deficiant, acceptam fore, ſubmiſſe confido. Quemadmodum vero Gratiam TUAM, quam obti-

nere ſpero, nunquam apud me obſcuratura eſt oblivio: ita eandem ut perpetuo indulgeas, humillime abs TE contendo. Ceterum preces meæ ſupremum, quod in cœlis eſt, Numen ſollicitare nunquam deſinent, velit TE ſalvum adhuc incolumemque diu ſervare, ut Regi noſtro potentisſimo conſiliis adeſſe ſaluberrimis, Reipublicæ incrementa adferre maxima, & patriæ commodis inſervire exoptatisſimis, me vero patrocinio TUO fulcire queas tutisſimo. Ita toto precatur pectore,

ILLUSTRISSIMI NOMINIS TUI

Dab. Halæ die XV. Octobr. Anno 1711.

humillimus

de BORCK.

Digitized by Google

DISSERTATIO JURIDICA
DE
PROBATIONE ILLATIONIS DOTIS.

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

DOtium cauſa in jure favorabilis eſt, tam intuitu conſtitionis, §. I. Quam etiam intuitu reſtitutionis ejusdem, quod ſpecialibus exemplis illuſtratur, §. II. Uxores orto concurſu ſuper bonis mariti privilegio dotis non raro abutuntur, §. III. Unde ipſorum aſſertioni nudæ de illatione dotis non creditur, ſed illationem accurate probare tenentur, §. IV. Recenſentur quinque diſtincti caſus, qui in hac materia probe ab invicem ſeparari debent, §. V. Primus caſus, ſi uxor adverſus ipſum maritum conſtante matrimonio actionem de repetenda dote inſtituit, §. VI. Secundus caſus, quando poſt ſolutum matrimonium vel ſocer à genero, vel etiam alii uxoris heredes à viduo dotem à defuncta uxore illatam repetunt, ubi de exceptione non numeratæ dotis ejusque termino fatali, §. VII. Quid ſi maritus de numeratione dotis confitens adhuc minorennis fuerit? §. IIX. An exceptio non numeratæ dotis etiam eo caſu opponi queat, quando uxor dotem conſtante matrimonio repoſcit? §. IX. Tertius caſus, quando uxor contra liberos & alios defuncti mariti heredes ad reſtitutionem dotis experitur, §. X. Quartus caſus, quando uxor poſt ortum ſuper bonis mariti concurſum creditorum dotem repetit. Confeſſio mariti hic non probat, §. XI. Etiamſi jurejurando confirmata fuerit, §. XII. Specialis diſpoſitio juris Pomeranici de hoc caſu, §. XIII. Cum confeſſio mariti non probet, hinc creditori-

bus

Digitized by Google

bus exceptio non numeratæ dotis competit, qua non obſtante aliquo temporis lapſu uti poſſunt. Reſpondetur diſſentientibus Zangero & Colero, §. XIV. Confeſſio mariti de illatione dotis non probat, quamvis geminata fuerit. Reſpondetur Fabro diſſentienti, §. XV. Exeptio eſt, ſi tempore iteratæ confeſſionis maritus nondum ære alieno gravatus fuit, ita tamen, ut uxor adhuc juramentum ſuppletorium præſtare teneatur, §. XVI. Exceptio non numeratæ dotis à creditoribus oppoſita ſemper eſt privilegiata de jure communi. Exceptio de jure Pomeranico, §. XVII. Confeſſio mariti de dote illata probat, quando ea non ipſi uxori, ſed tertio cuidam, qui forſan dotem dedit, facta eſt, §. XIIX. Quid, ſi confeſſio uxoris parentibus facta? §. XIX. & XX. Jure Pomeranico confeſſio mariti plene probat, ſi illa in ſolemni inſtrumento, der Wiederkehrungs-Verſchreibung *facta, ubi ſimul exponitur, quodnam in Pomerania ejusmodi ſolenne inſtrumentum dicatur, § XXI. Annon confeſſio mariti eo caſu pro uxore ſufficienter probet, quando creditores in probatione nominum in ſola quoque ejusdem mariti confeſſione ſe fundant? §. XXII. Quæſtio principalis: quomodo probatio illationis dotis rite ſit perficienda? Regulariter illatio probatur per duos teſtes, qui tempore numerationis dotis præſentes fuerunt, §. XXIII. Sufficit etiam teſtimonium Notarii, qui eo tempore præſens fuit, §. XXIV. Quid, ſi uxor fratres ſuos tanquam teſtes producat? Admittunt DD. eorum teſtimonium, quod tamen principiis juris non adeo conforme eſſe oſtenditur, §. XXV. Si uxor unum teſtem omni exceptione majorem pro ſe habet, ad juramentum ſuppletorium admittitur, non vero huic juramento locus eſt, licet mariti confeſſio adſit, §. XXVI. Exceptio de jure Pomeranico, ubi & de heredibus uxoris, §. XXVII. Juramento ſuppletorio etiam locus datur, ſi non quidem unus teſtis, ſed tamen aliæ probationes artificiales adſunt, ubi exempla ſpuria DD. refelluntur, & meliora ſubſtituuntur, §. XXIIX. De termino, intra quem probatio illationis dotis fieri debet, & an contra ejus lapſum detur reſtitutio? §. XXIX. Caſus quintus & ultimus, quando uxor contra defuncti mariti agnatos & ſucceſſores in feudo actionem inſtituit & propter dotem illatam ab iisdem dotalitium petit, §. XXX. Vidua, quæ illationem dotis probavit, probare ulterius non tenetur, quod eadem in utilitatem feudi verſa fuerit, §. XXXI. Illatio paraphernalium eodem modo probari debet, uti illatio bonorum dotalium,* §. XXXII.

§. I.

§. I.

DOtium cauſam in jure noſtro admodum favorabilem eſſe, nemo eſt, qui ignorat. Ita dotium cauſa juxta Pomponium in *l. 1. ff. ſolut. matrim.* ſemper & ubique præcipua eſt, cum & publice interſit, dotes mulieribus conſervari, quoniam dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendamque liberis civitatem maxime eſt neceſſarium. Dotis cauſa accenſetur cauſis piis, v. *l. 32. §. 2. ff. de condict. indeb.* ibique Gothofred. *in not.* & Brunnem. *in Comment. num. 4.* & in ambiguis pro dotibus reſpondere melius, *l. 70. ff. de jur. dot. l. 85. §. 1. ff. de R. I.* & benignius eſt, *l. 9. §. 1. ff. de jur. dot.* Exerit ſe autem favor ille tam in conſtitutione dotis, quam in ejusdem reſtitutione. Ita, quod *conſtitutionem* attinet, ex conſtitutione Divorum Severi & Antonini patres, qui dotem liberis matrimonium inituris dare nolunt, per Proconſules Præſidesque provinciarum coguntur in matrimonium collocare & dotare, *l. 19. ff. de rit. nupt.* pro modo facultatum patris & dignitate mariti, *l. 69. §. 4. ff. de jur. dot.* ſi pater filiam non habee in pote-

Digitized by Google

ſtate, avus ad dotandum compellitur, *l. 5. §. 8. ff. de jur. dot. l. 6. ff. de collat.* imo mater quoque ex magna & probabili cauſa dotare tenetur, *l. 14. C. de iur. dot.* ſi ſcilicet pater facultatibus deſtituitur, filia autem absque congrua dote honeſtam nubendi occaſionem invenire nequit, Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Diſp. 7. theſ. 3. lit. A. verb. ut à matre.* Brunnem. *in Comm. ad d. l. 14. C. de iur. dot.*

§. II.

Intuitu *reſtitutionis* dotis obſervandum, quod ea ſoluto matrimonio fieri debeat, *t. t. ff. ſolut. matrim.* Datur enim dos in eum finem, ut maritus onera matrimonii eò melius ſuſtinere poſſit, *l. 7. pr. l. 76. in f. ff. de iur. dot.* ceſſantibus ergo oneribus poſt diſſolutionem matrimonii, ipſa quoque dos, tanquam correlatum iſtiusmodi onerum, ſine dubio ceſſare debet. Ut vero ratione hujus reſtitutionis eò magis ſecura ſit uxor, leges ipſi abunde ſatis proſpexerunt. Scilicet, gaudet uxor jure tacitæ hypothecæ in bonis mariti, vel illius, qui dotem alias ſuſcepit, v. g. mariti patris, idque ſive ſcriptura ſuper dote conſtituta facta fuerit, ſive nulla intervenerit, *l. un. §. 1. C. de rei uxor. act.* Imo, quod amplius eſt, hæcce hypotheca tali privilegio gaudet, ut vigore ejus uxor omnibus creditoribus præferatur, licet anterioris temporis privilegio ſint vallati, uti loquitur Juſtinianus in *l. aſſiduis. 12. C. qui pot. in pign. hab.* quamvis in Saxonia hoc privilegium eatenus reſtrictum ſit, ut uxor creditores *tacita* hypotheca antiquiori gaudentes ſolum præcedat, non vero eos, qui expreſſam conſecuti ſunt, *Ord. Proc. Saxon. tit. 43. §. 1.* quo etiam collimat jus Pomeranicum, Pomr. Conſtitution von Lehn- und Ausſteuer-Sachen *de A. 1694. tit. 9. §. 1.* ibi: Allen denen Creditoribus,

Digitized by Google

bus, ſo nicht expreſſam anteriorem hypothecam haben/ noch ſonſten in Rechten voraus privilegiret ſeyn / gehen die Frauen mit ihren Dotal-Geldern und derer Verbeſſerungen/ wie auch mit den Paraphernalien und der Morgengabe vor.

§. III.

Quemadmodum vero omnes res abuſui ſubjectæ ſunt: ita quoque in hac materia accidit, ut uxores orto concurſu creditorum ſuper maritorum ſuorum bonis non raro dotis nomine plurima repoſcant, ubi tamen ne minimum quid eo nomine intulerunt. Moventur plerumque blanditiis maritorum ad talia ſuſcipienda: proprium quoque earundem intereſſe evidenter concurrit. Quod ſi enim rigidi creditores maritum debitorem ad ſaccum usque & peram, quod dicitur, excutiunt: maritus deinde ad alimenta uxori ſubminiſtranda inhabilis redditur. Eget itaque, & uxor ſimul cum ipſo inopia premitur. Quod ſi vero prætenſam dotem conſequitur uxor, medela penuriæ adeſt, & ipſius & mariti intuitu. Procedunt dicta non ſolum marito adhuc inter vivos exiſtente, ſed illo etiam mortuo. Nam nec viduæ regulariter carere amant, ergo & illarum hoc caſu intereſt, ut dotis nomine ipſis aliquid adſignetur. Ex jure itaque ſæpe fit injuria, & quod juxta *l. 12. §. 2. C. qui pot. in pign. hab.* ab Imperatore in eum finem introductum eſt, ne damnum patiantur mulieres, ſuisque rebus defraudentur: hoc in præjudicium creditorum mariti aliorumque dirigitur.

§. IV.

Cum vero, licet alias favor dotis magnus, ille tamen tantus non ſit, ut contra intentionem Legislatoris

 ad

ad injuriam & præjudicium alterius trahi debeat, v. *c.* 11. *X. de for. comp.* ibi: *quod ſic ſumus viduis in juſtitia debitores, quod aliis iniuſtitiam facere non debemus:* præterea etiam illatio dotis in facto conſiſtat, & ſic ab allegante probanda ſit; hinc nudæ adſertioni uxoris, ſoli etiam teſtimonio mariti indiſtincte fides non adhibetur, ſed accurata probatione opus eſt. Atque huc reſpicit thema illud, quod in præſenti nobis evolvendum propoſuimus, quales ſcilicet probationes in materia de illatione dotis ab uxore dotem repetente exigantur?

§. V.

Diſtinguendi ab initio ſunt diverſi caſus, quo omnis confuſio evitetur. Aut (I) *uxor agit contra maritum*, vel conſtante matrimonio, vel eo etiam jamdum diſſoluto: aut (II) *ſocer contra generum*, vel *alii uxoris heredes contra viduum*, poſt ſolutum conjugium: aut (III) *uxor contra liberos & heredes defuncti mariti experitur:* aut (IV) controverſia eſt *inter uxorem & creditores mariti:* aut denique (V) *uxor contra defuncti mariti agnatos in feudis actionem inſtituit.* In omnibus hiſce caſibus probatio illationis dotis quidem requiritur; probatio tamen illa non ejusdem generis eſt, ſed diverſo prorſus modo perficitur. Agedum, de ſingulis caſibus ſeparatim diſpiciamus.

§. VI.

Primus itaque caſus eſt, quando uxor *contra ipſum maritum* actionem ad repetendam dotem illatam inſtituit, matrimonio per divortium diſſoluto, quod apud Romanos non infrequens erat, vel etiam eo adhuc conſtante. Regulariter quidem dos conſtante matrimonio ab uxore repeti nequit; quoniam ad ſuſtinenda onera

matri-

matrimonii data eſt; nihilominus tamen caſus quoque occurrunt, ubi illa aſſertio exceptionem patitur. Talis caſus eſt, ſi uxor æs alienum patris, cujus heres extitit, exſolvere cogitur: aut ſi patrem, vel liberos ex priori matrimonio ſuſceptos alere vult, v. Perez *ad tit. C. ſi dos conſtant. matrim. ſolut. fuer. in fin.* aut ſi maritus ad inopiam vergit, *l. 24. pr. ff. ſolut. matrimon.* quo referunt, ſi aſſidue ludit, meretrices ſequitur, commeſſationibus opulentis ſe immiſcet, aut pro aliis fidejubet, Munnoz de Eſcobar *de ratiocin. tom. 2. comput. 18. num. 9. ſeqq.* quamvis in hoc caſu reſtitutio bonorum non fiat, ut mulier de illis, tanquam propriis, abſolute diſponere queat, ſed in hunc ſolummodo finem, ut ſemota mariti adminiſtratione ipſa adminiſtrationem ſuſcipiat & ex fructibus bonorum onera matrimonii, in quantum poſſibile eſt, ſuſtineat, Surdus *de aliment. quæſt. 25. num. 18. & 19.* Eſcobar *d. l. num. 12.* Ponamus jam, uxorem ex recenſitis cauſis dotem illatam repetere velle, maritum vero factum illationis negare, quæritur: quomodo probatio illationis perficienda ſit? Hic ſine dubio confeſſio mariti optima erit probatio, uti alias, vid. Mev. *P. 2. Dec. 241. num. 4.* Carpzov. *P. 2. C. 3. Def. 8. num. 10.* Confeſſio enim hic in nullius, niſi in ſolius confitentis præjudicium vergit, atque adeo contra illum cum pleno effectu allegari poteſt. Quod ſi confeſſio mariti deficiat, ad teſtes recurrendum erit, vel his quoque deficientibus ad juramenti litisdeciſorii delationem: vel conquirendæ etiam probationes artificiales, ut mulier ad juramentum ſuppletorium admitti poſſit.

§. VII.

Secundus caſus juxta §. *V.* eſt, quando poſt ſolutum

 matri-

Digitized by Google

matrimonium vel *ſocer a genero*, vel etiam *alii uxoris heredes a viduo* dotem ab ejus defuncta uxore illatam repetunt. Hic eadem repetenda, quæ modo in §. *præc.* adduxi, viduus tamen certis caſibus contra confeſſionem de dote illata in pactis dotalibus forte comprehenſam exceptione non numeratæ dotis ſe tueri poteſt, quoniam talis confeſſio, præcipue, ſi quis magis ad dotem, quam ad formam honeſtosque virginis mores reſpicit, ſæpiuſcule ſub ſpe futuræ numerationis fieri ſolet, ſpes vero illa haud raro fallax eſt, uti experientia quotidiana teſtatur. Omnes quippe ſponſæ divites ſunt, multæ autem uxores pauperes. Ceterum circa tempus, intra quod exceptio non numeratæ dotis opponi poteſt, ita diſtinguitur in *Auth. Quod locum. C. de dot. caut. non numer.* ubi ſedes hujus materiæ eſt. Aut matrimonium ſolutum fuit *intra biennium*, & tunc exceptio illa intra annum a tempore mortis opponenda: aut ſolutum fuit poſt biennium, ſed tamen *intra decennium*, & hoc caſu ad opponendam exceptionem adhuc tres menſes, qui iterum a die mortis computandi, conceduntur: aut denique connubium *ultra decennium* duravit, & tunc exceptio locum plane non habet, ſed viduus negligentiæ ſuæ imputare debet, quod tanto tempore tacuerit, & vel ſcripturam, in qua confeſſus eſt, ſe accepiſſe, condictione cauſa data cauſa non ſecuta non repetierit, quod potuiſſet juxta *l. 7. C. de non num. pecun.* vel quod ad minimum per interpoſitam proteſtationem terminum fatalem non interruperit, juxta *l. 14. §. 4. C. eod. Nov. 100.* Alias vero exceptio non numeratæ dotis non modo ipſi genero, aut viduo, ſed ejus quoque heredibus competit, *l. 8. l. 14. pr. C. de non numer. pecun. l. 3. C. de dot. caut. non numer.*

§. IIX.

§. IIX.

Dicta de termino fatali exceptionis non numeratæ dotis procedunt eo caſu, quando maritus de facta numeratione dotis confitens majorennitatem jam adeptus. Quod ſi vero tempore confeſſionis adhuc *minorennis* fuit, duodecim anni a die contracti matrimonii eidem dantur, & ſi intra annum duodecimum moriatur, heres adhuc unum annum habet. Quod ſi etiam hic mariti heres in minori ætate conſtitutus: ille quinquennium habet ad opponendam dictam exceptionem a morte mariti computandum, *Nov.* 100. Rauchbar. *p. 2. quæſt. 30. n. 8.*

§. IX.

Quæritur autem, utrum quoque in caſu in §. *VI.* propoſito, quando nempe *conſtante matrimonio* dos repetitur, exceptio non numeratæ dotis locum habeat, & intra quæ tempora opponi poſſit? Equidem *cit. Auth. quod locum. C. de dot. caut. non numer.* de eo caſu ſolum loquitur, ſi matrimonium jam eſt ſolutum ; nihilominus tamen non negat, quin eadem quoque in altero caſu locum habeat, imo hoc negare non potuit, quoniam utrobique eadem decidendi ratio adeſt, quod ſcilicet maritus ſub ſpe numerationis futuræ, ſpe tamen fallaci, numerationem jamdum factam eſſe confeſſus fuerit. Imo *Novella* 100. ex qua *d. Auth.* deſumta eſt, generaliter de utroque caſu loquitur. Præmittit enim Imperator *in princ.* olim omne tempus matrimonii datum fuiſſe viris, queri de non data dote, *donec matrimonium conſtaret*, poſt ſolutum autem matrimonium intra annum. Iniquum vero videbatur imperatori, exceptionem non numeratæ dotis per tam longum tempus conſtante matrimonio durare debere, & ergo breviorem terminum in eadem novella ſubſtituit,

ſtituit, ut ſcilicet ſoluto matrimonio dicta exceptio juxta diverſa tempora in §. *VII.* recenſita expiraret, conſtante autem matrimonio maritus *intra decennium* eandem opponere neceſſe haberet, *d. Nov. 100. c. 1. §. 1.* ibi: *ſi autem neque intra decennium queratur, taciturnitate mariti auferimus querelam, neque ei poſt decennium hoc agere ſinemus.* Ita nobiscum ſentiunt Colerus *de proc. executiv. part. 3. c. 1. num. 121.* & Matth. Stephani *in Comm. ad d. Nov. 100. n. 6.* add. Rittershuſ. *ad Novell. part. 5. c. 8. num. 7. ibi: ſi poſtquam decennium in matrimonio vixit, deceſſerit, querela non amplius habuit locum, nec in ipſius perſona, & multo minus in perſona heredis.*

§. X.

Progredior ad *tertium* caſum ſupra in §. *V.* indigitatum, quando ſcilicet uxor *contra liberos & alios heredes mariti defuncti agit* & ab iisdem dotem illatam repoſcit. Hic iterum, ut in caſu primo §. *VI.* ſola confesſio mariti plenam probationem efficiet, quoniam heres factum defuncti præſtare tenetur & cum defuncto pro una perſona reputatur, v. *l. 14. C. de rei vind. l. 10. C. de ſolut.* Unde de veritate illationis dotis diſputare velle ſuperfluum eſſet, poſito enim, uxorem nihil intuliſſe, maritus tamen heredibus ſuis præjudicare potuit, & hi dum agnoſcunt voluntatem defuncti in uno, quod forſan ipſis favorabile eſt: eandem quoque in altero agnoſcere tenentur, quamvis hoc in ſuum præjudicium tendere exiſtiment, conf. B. Stryk. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. Diſſ. 4. c. 2. §. 10.* Richter. *de ſucceſſ. ſect. 4. membr. 3. num. 31.* Nec ergo juvabit liberos alioſve heredes, quamvis onus probandi contrarium in ſe recipere velint, patrem ſcilicet non obſtante confesſione ipſius ab uxore dotis nomine

nihil

Digitized by Google

nihil accepiſſe, quæ enim probata non relevant, ea ad probandum non ſunt admittenda, Mev. *P. 3. Dec. 357. num. 9.* Concordat die Pomr. Lehn-Conſtitution *tit. 6. §. 2.* Wann gewiſſe Ehe-Pacta aufgerichtet und darinn dos conſtituiret/ auch andere Paraphernalia deſigniret/ ſo kan die illatio alles deſſen per confeſſionem mariti & ejus quietantiam, ſo viel deſſen Erben betrifft/ gnugſam erwieſen werden/ item *Ordin. Proc. Ducat. Magdeburg. c. 49. claſſ. 2. §. 27.* Wie dann auch die Erben/ welchen des Schuldeners Bekäntnis zu wiederſprechen nicht gebühret/ ſich mit dergleichen Exception (uti Creditores) nicht zu behelffen haben.

§. XI.

Circa tres priores caſus hactenus recenſitos non magna oritur difficultas: major autem circa duos adhuc reliquos ſeſe exſerit. *Quartus* caſus juxta §. *V.* eſt, *quando poſt ortum ſuper bonis mariti concurſum creditorum uxor dotem repetit*, eoque nomine jus prælationis præ aliis creditoribus prætendit. Hic DD. communiter adſerunt, confeſſionem a marito factam de accepta dote non præjudicare creditoribus credita ſua repetentibus. Audiamus ex multis unum, Matthiam Colerum, Profeſſorem quondam Jenenſem, qui in *tract. de proceſſ. execut. P. 3. c. 1. num. 110. ſeqq.* hac de re ita loquitur: Sciendum eſt, inquit, quatenus conſtante matrimonio maritus confeſſionem numeratæ dotis in pecunia, vel aliis mobilibus, quæ non facile apparent, expoſuerit, eatenus confeſſio præſumitur in fraudem creditorum facta, adeo, ut creditor nulla alia oneretur probatione allegatæ fraudis, vel doli, quoniam confeſſio ſimulata cenſetur, maritus enim in veritate quantitatem allega-

tæ dotis uxori donare voluiſſe præſumitur, cum tamen in veritate nihil receperit, adeo, ut hæc omnia tendant in fraudem atque perniciem creditorum, idque obtinet, ſive loquamur de præjudicio præteritorum & ita antiquiorum creditorum, ſive etiam futurorum, vel noviſſimorum, neutris enim hæc confesſio oberit. Communis, ut dixi, hæc ſententia eſt. Autores maximo numero allegatos v. apud Colerum *loc. cit.* & apud Gailium *l. 2. Obſ. 81. num. 2. & 3.* Ratio eſt, quod confesſio quidem noceat confitenti, non autem tertio, & quod per conſequens ceſſante quoad præjudicium tertii effectu confesſionis, dotis illatio in facto conſiſtat & ab allegante probari debeat.

§. XII.

Extendunt hanc adſertionem DD. ad eum quoque caſum, licet maritus confesſionem ſuam mediante jurejurando confirmaſſet, Curtius jun. *Conſ. 95. num. 4.* Coler. *de proc. executiv. d. p. 3. c. 1. n. 115.* Rationes reddit Colerus, tum quod talis confesſio nihil aliud ſit, quam donatio inter virum & uxorem, quæ conſtante matrimonio ne quidem per juramentum corroboratur: tum, quod uni per alterum iniqua conditio inferri non debeat. Evidentisſima ratio mihi eſſe videtur, quoniam juramentum ſequitur naturam illius actus, cui adjectum eſt, tanquam acceſſorium naturam principalis. Diſſentit poſt Johann. Cæphal. *Conſ. 131. num. 5. ſeqq. Vol. 1.* Gailius *2. Obſ. 81. num. 9.* ſed nullam rationem addit, unde a Gailio iterum diſſentit ejus Commentator Bernhard Greven *l. 2. Concluſ. 81. in coron.* Nobis indubitata videntur hæc principa: primo, juramentum non debet vergere in præjudicium tertii,

v. c.

v. *c. 19. X. de jureiur.* deinde: juramentum inter alios præſtitum, alteri nec prodeſt, nec nocet, *l. 1. pr. ff. ſi mul. ventr. nom. in poſſeſſ. calumn. cauſ. eſſe dic.* Atqui creditores marito juramentum ſuper accepta dote non detulerunt, nec alias in ejus præſtationem conſenſerunt; ergo utique illud inter alios eſt præſtitum, & ſic creditoribus nocere non poteſt. Conſentit Carpzov. *P. 1. C. 28. Def. 73.* add. *Ordin. Proc. Magdeb. c. 48. claſſ. 2. §. 25.* ibi: nicht auff des Ehemanns bloſſe/ oder auch eydliche Bekäntnis.

§. XIII.

Specialis tamen de hoc caſu præſtiti a marito juramenti diſpoſitio habetur in der Pomr. Conſtitution von Lehn-und Ausſteur-Sachen *tit. 6. §. 3.* Ita enim ibi: Wieder die Lehn-Vettern und Gläubiger / wenn iene nicht zugleich Erben ſeyn/ machet des Mannes-Quitung und per privatam ſcripturam facta aſſertio keinen gnugſamen Beweiß/ es ſey dann/ daß der Mann gerichtlich erſchiene / die pacta dotalia, oder ſeine Quitungen übergebe/ ſeine aſſertion und Quitung mit einem Cörperlichen Eyde in gegenwart derer/ ſo künfftig die Wiederkehre thun müſſen / bekräfftige. Hic juramentum operatur plenam probationem, ſi præſtitum illud fuit in præſentia eorum, *quos cauſa tangit,* ſive, *de quorum præjudicio agitur.* Si enim hi præſentes ſunt & maritum ad præſtationem juramenti admittunt: maritus conſenſu eorum jusjurandum præſtitit, & propterea illud pro juramento inter alios præſtito reputari non poteſt, de quo tamen caſu paulo ante in *§. præced.* nobis ſermo erat. Equidem citata Conſtitutio de eo ſolum caſu loqui videtur, quando vidua dotem a ſucceſſoribus feudalibus

 repetit,

Digitized by Google

repetit, vel dotalitium exigit; verum & intuitu Creditorum eadem ratio militat, unde ad eos quoque verba Conſtitutionis commode extendi poſſunt.

§. XIV.

Quoniam itaque, ut ad priora revertamur, confeſſio mariti de accepta dote contra creditores non probat: hinc indubium eſt, creditores exceptione non numeratæ dotis ſe tamdiu tueri poſſe, donec uxor contrarium probaverit. Aſt quia diximus §. *VII.* illam non numeratæ dotis exceptionem certa ſua habere tempora, intra quæ præciſe opponi debeat; hinc quæſtio nunc oritur: utrum quoque creditores ad tempora illa obſtricti ſint, vel annon poſt eorum lapſum adhuc dictam exceptionem uxori dotem repetenti opponere queant? Affirmamus quæſtionem, creditoribus ſcilicet lapſum temporum in *d. §. VII.* memoratorum nullo modo obeſſe poſſe. Materiam hanc jam olim diſcuſſit Mevius *P. 7. Deciſ. 355.* cujus verba hic adponemus. Cum jurisprudentia Romana, inquit, certa tempora conſtituiſſet, queis dotis cautæ, at non numeratæ exceptio opponeretur, pro diverſitate temporis, quo matrimonium conſtitiſſet, ea conſtitutio autem de ſolo marito loqueretur, in controverſiam JCtorum incidit, utrum, quæ per illam introducta præſcriptio ut marito ejusque heredibus, ita etiam creditoribus obſtaret, ideoque ea exceptione non attenta dos juxta ſua privilegia ante omnia credita reſtituenda ſit? Diverſis, addit, de eo diſputatur ſententiis. Communior, verior & æquior habita eſt, quæ creditoribus eum temporis lapſum facit innoxium. Nec enim, dum lex illic non extendit præſcriptionem, ea videtur in odium creditorum extendenda,

ne

ne mariti negligentia iis noceat, & mulier cum illorum incommodo lucrum habeat. Et videtur iſta habere maximam æquitatem, & plane aliena eſſe a ratione præſcriptionis, conf. Idem *P. 5. Dec. 195.* Brunnem. *in Comm. ad Auth. Quod locum. C. de dot. caut. non numer.* Carpzov. *P. 1. C. 28. D. 74.* B. Stryk. *in not. ad Lauterb. tit. de reb. cred. verb. plane ceſſat.* Confirmavit eam ſententiam expreſſe Potentiſſimus Legislator in *Ordin. Proc. Magdeb. c. 48. claſſ. 2. §. 25.* Es muß aber der Beweiß/ der Verjährung ungeachtet/ wieder die Gläubiger nicht auff des Ehemannes bloſſe/ oder auch eydliche Bekäntnis/ oder des Eheweibes Erfüllungs-Eydt/ wann nicht eines beglaubten Zeugens eydliche Auſſage verhanden/ ſondern in würcklichen und wahrhafften Einbringen/ ob es gleich nicht in des Mannes-Güther verwand/ gegründet ſeyn/ ſonſten hat ſich das Weib dieſes Privilegii nicht zu erfreuen. Diſſentiunt inter alios Zanger *de except. p. 3. c. 14. num. 22.* & Colerus *de proc. execut. part. 3. c. 1. n. 118. ſeqq.* quorum opinio ex ante adductis facile corruit. Non enim ad verba legum ſolum reſpiciendum eſt, ſed ad earum mentem atque rationem. Imo vero verba quoque legum in §. *VII.* adductarum de creditoribus plane non loquuntur. Neque ad rem facit, ſi quis cum Colero *loc. cit.* diſtinguere velit, utrum confeſſio mariti de accepta dote *ſtante matrimonio* facta fuerit, an vero *ante nuptias:* utrobique enim præjudicium creditorum eodem modo concurrit.

§. XV.

Quid ſi *geminata confeſſio mariti* acceſſerit? Certe maritus eo caſu exceptionem non numeratæ dotis amplius opponere non poterit, per expreſſum textum in

l. 14. §. 1. C. de non numer. pecun. ibi: *illis etiam ſecuritatibus, quæ poſt confeſſionem dotalium inſtrumentorum de ſoluta dote ex parte, vel in ſolidum exponuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi*; ſed quæritur de creditoribus. Neque hos dicta exceptione amplius uti poſſe exiſtimat Caſtrenſis *ad l. 1. ff. ſolut. matrim.* & poſt eum Faber *in Cod. l. 5. tit. 10. Def. 3.* E contrario autem creditoribus eam exceptionem adhuc concedit Socinus ſen. *ad l. 1. ff. ſolut. matrim. n. 95. verſ. ſed in puncto.* Baldus Novellus *de dote part. 10. num. 18. & 19.* aliique citati a Menochio *in tract. de præſumt. l. 3. præſ. 13. num. 23.* & hæc poſterior ſententia nobis quoque ſe adprobat. Si enim juxta communem DD. opinionem præſumitur, confeſſionem mariti una vice factam in præjudicium creditorum factam eſſe: certe de confesſione, quæ ſecunda, aut tertia vice accesſit, aliud aut melius quid præſumi non poterit. Quæ habet Faber *loc. cit. ſi maritus, cui nuptias ineunti dos promiſſa fuerat, poſt contractum matrimonium confeſſus ſit, ſolutam ſibi dotem, & exceptioni non numeratæ dotis renunciaverit, nihil cauſæ eſt, cur ſuſpecta videri debeat ea confeſſio & renunciatio, cum multo veroſimilius ſit, interveniſſe numerationem ex conſequentia præcedentis promiſſionis. Ideoque nec marito, nec mariti creditoribus poſterioribus competet exceptio dotis non numeratæ, quæ procul dubio competeret, nihil obſtante renunciatione facta conſtante matrimonio, ſi dotis numerandæ obligatio nulla præceſſiſſet:* illa æque facili negotio negantur, quo Faber ea adſerit, petunt enim ubique id, quod in principio eſt. Nec quidquam in receſſu habet diſtinctio inter creditores *priores*, (id eſt, quibus jam debebat maritus tempore confesſionis) & *poſteriores*, (id

eſt, qui-

eſt, quibus deinde demum debere incipiebat;) qui enim priores defraudare voluit, is eandem intentionem illorum intuitu fovet, a quibus deinde mutuam pecuniam accipere deſtinavit. Abſurdum ſimiliter eſt, quod adſerit idem Faber *d. tit. 10. Defin. 2. quod mariti creditores, licet rem propriam perſequantur, tamen nonniſi ex perſona mariti, qui dotem ſibi ſolutam cavit, exceptionem habere poſſint;* quilibet enim facile perſpicit, creditoribus exceptionem competere ex perſona propria, eosque factum mariti præſtare nullo modo debere. Conſentit B. Brunnem. *de proc. Conc. cred. c. 5. §. 32.* ibi: *ſed hæc non amovet ſuſpicionem.*

§. XVI.

Hæc ita quoad theſin juris evidentia eſſe putamus. Interim utramque opinionem, & eam, quam nos modo defendimus, & alteram illi oppoſitam, conciliat Menochius *in tract. de præſumt. l. 3. præſumt. 13. num. 24.* diſtinguendo: aut tempore iteratæ confeſſionis *iam aderat magnum æs alienum,* aut tale *nondum aderat. Priori* caſu evidens eſſe dicit, quod maritus creditores ſuos fraudare, & potius bona ſua mulieri, quam ipſis creditoribus deferri voluerit, neque hoc caſu antecedens dotis promiſſio ad rem pertinet, quia non illud, ſed tempus factæ confeſſionis, ex quo creditoribus damnum imminere incipit, ſpectari debet. *Poſteriori* caſu autem, quando tempore confeſſionis æs alienum nondum adparet, nec illud probabiliter præſumi poteſt, tunc procedere dicit opinionem Caſtrenſis & ſequacium. Non iniqua videtur hæc conciliatio, ad quam etiam reſpicit Carpzov. *P. 1. Conſt. 28. Def. 78. num. 5. & 6.* ibi: *modo tempore confeſſionis non adpareat æs alienum, cuius intuitu maritus præſu-*

Digitized by Google

præſumeretur confeſſionem feciſſe. Vix enim confeſſio mariti hoc caſu non ſuſpecta cenſebitur, Covarruv. *lib. 1. Var. Reſol. c. 7. num. 6.* add. Finckelthuſ. *Obſ. 22. num. 18.* qui tamen hoc caſu, licet non adpareat de ære alieno, uxorem adhuc ad juramentum ſuppletorium præſtandum obligatum eſſe exiſtimat, & recte quidem.

§. XVII.

Novum vero nunc dubium oritur de *qualitate* exceptionis non numeratæ dotis, quam opponunt uxori creditores, utrum ſcilicet ea ſit *privilegiata*, id eſt, quod onus probandi uxori incumbat, an vero *ordinaria*, id eſt, quod creditores probare debeant, dotem non eſſe illatam. Equidem alias de exceptione non numeratæ pecuniæ in genere conſtat, eam, ſi poſt tempora præſtituta opponatur, nullum amplius privilegium habere, ſed ei onus probandi incumbere, qui eandem opponit, B. Stryk *in not. ad Lauterbach. tit. de reb. cred. verb. privilegiaria.* At vero, cum juxta ea, quæ §. *XIV.* diximus, creditoribus tempora ipſi marito præfinita neutiquam currant; hinc quoque ſecundum jura communia exceptio non numeratæ dotis intuitu creditorum quocunque tempore privilegiata erit, ita, ut onus probandi ſemper in uxorem devolvatur. Exceptionem de jure Pomeranico adfert Mevius *P. 7. Dec. 355.* quod nempe creditores ibi probationem non illatæ dotis contra confeſſionem à marito factam ſuſcipere obſtricti ſint. Ita enim *d. l. num. 4. Cui* (exceptioni non numeratæ dotis) *tamen locus relinqui non ſolet, niſi ubi contra mariti confesſionem creditores non numeratam illam probare queunt.* Et *in not. num. 6. Ita per multa præjudicata obſervatum ſcio, quod cum mulier de dote illata confeſſionem mariti pro ſe habet,*

Digitized by Google

bet, dos reſtituatur, etſi ultra nihil probetur. Et ſi falſam confeſſionem docere velint maritus ejusve heredes, nonniſi intra tempora conſtituta admittuntur juxta Nov. 100. cap. 1. At creditoribus latius tempus tribui & ad contrariam probationem *ultra illa tempora admitti.* Ceterum, an & in quantum hodie confeſſio mariti in Pomerania ad probandam dotis illationem ſufficiat, de eo deinde dicemus.

§. XIIX.

Ea, quæ hactenus de confeſſione mariti diximus, quod probatio illationis dotis exinde deſumi non poſſit, pertinent ad eum caſum, quando confeſſio facta eſt *ipſi uxori*, ſive, quando maritus uxori apocham dedit, in qua fatetur, quod *uxor ipſi dotem numeraverit.* Excipitur itaque primò caſus, quando ejusmodi apocha *tertio cuidam*, vel *extraneo* data, v. g. ſi quis virgini pauperi, quæ quidem ipſi ſangvine juncta non eſt, dotem promiſit, & maritus eandem à tertio illo ſibi ſolutam fuiſſe confitetur: vel ſi frater uxoris marito ex feudo dotem ſolvit atque maritus eo nomine apocham dedit. Hic ſola quietantia plene probat, quia maritus illi extraneo, aut fratribus falſam quietantiam dediſſe non præſumitur, v. Carpzov. *P. 1. C. 28. D. 79.* Brunnem. *proc. conc. cred. c. 5. §. 32. ibique B. Stryk. in not.*

§. XIX.

Sed quid, ſi apocham *uxoris parentibus* dederit? Adhuc magnam colluſionis atque ſimulationis ſuſpicionem adeſſe puto, unde hoc caſu idem juris eſſe ſtatuunt multi DD. ac in altero illo, ſi apocha ipſi uxori data fuit, Carpzov. *P. 1. C. 28. D. 79. num. 2.* ibique Salycetus, Hippol. de Marſiliis, Carocius & alii allegati. Inveni tamen,

Digitized by Google

non deeſſe etiam, qui contrariam ſententiam foveant, cum quibus etiam facere videtur B. Brunnem. *in Comment ad l. 1. C. de dot. caut. non numer. in fin.* ibi: *neque putamus hic diſtinguendum eſſe, an quis dotem ſe recepiſſe fateatur à ſocero, vel ab extraneo*, in proxime præcedentibus enim de iſtis caſibus egerat, ubi ſola confeſſio mariti ad probandam dotis illationem ſufficit. Ita hic Halæ mulier quædam, Chriſtina Roßmannin/ in concurſu ſuper ejus mariti bonis coram Prætorio (denen Berg-Gerichten) excitato dotem illatam repetebat, eamque probabat ex chirographo, quod maritus *ſocero ſuo* dederat, in eoque confeſſus erat, daß er vor einem Jahr auch 350. Rthlr. Ehe-Gelder würcklich bekommen hätte. Ferebatur ſententia d. IX. Mart. MDCCXI, daß Implorantin ihre illata der 350. Rthlr. nach Nothdurfft beſcheiniget/ und dieſelbe numehr vor liquid zu halten/ dannenhero ſie dieſerhalb aus ihres Mannes/ des Debitoris communis Güthern vor allen andern/ die kein beſſer Recht haben/ billig vergnüget wird/ V. R. W. Interponebatur quidem ab adverſa parte Leuteratio, ſed confirmatoria ſequebatur d. XXVII. April. h. a. ex ratione, quia confeſſio non facta uxori, ſed tertio, ſcilicet ſocero, & quidem, quod accedebat, ex intervallo judicialiter & reliqui creditores ſimiliter in confeſſione mariti ſola ſe fundabant, de quo deinde pluribus.

§. XX.

Subjungam adhuc aliam ſententiam à Scabinis Lipſienſibus nomine Potentiſſimi Regis noſtri conceptam & in Regimine illuſtri hujus Ducatus Menſe Aprili MDCCVII. publicatam atque deinde à JCtis Jenenſibus confirmatam in dem Wallwitziſchen Concurs-Proceß/ ubi

Digitized by Google

ubi confeſſio mariti *uxoris matri* facta pro ſufficienti probatione declarata fuit. Verba ſententiæ hæc ſunt: Dieweil beklagter (Curator bonorum) die ſub A. & B. producirte Documenta recognoſciret; So werden Klägers Principalin des beſchehenen Vorwendens ungeacht/ die libellirte 4000. Rthlr. Ehegeld/ 1000. Rthlr. Morgengabe/und 2000. Rthlr. von denen verſchriebenen 4000. Rthlr. Gegen-Vermächtnis nebſt dem intereſſe aus dem von Ihrem verſtorbenen Ehemanne hinterlaſſenem Guthe Dammendorff und übrigen Vermögen vor allen andern deſſen Gläubigern/ die kein beſſer Recht haben/ Krafft der am 8ten Mart. 1698. aufgerichteten Eheſtifftung und darinnen verſchriebenen hypothec und darein am 5ten Auguſt. 1699. ertheilten Lehnherrlichen Conſenſes billig vergnüget/ Ihr auch ſo lange Sie in ihrem Witbenſtande verbleibet/ die übrigen 2000. Rthlr. Gegen-Vermächtnis jährlich das 100. Rthlr. mit 6. verzinſet/ſo woll die Trauer Ihrem Stande gemäß/ und die Gutſche mit zwey Pferden gereichet und unterhalten/ auch die freye Wohnung eingeräumet/ V. R. W. Rationes decidendi ſequentis tenoris erant: Ob woll angeführet werden möchte/ daß das zugleich mit producirte Document ſub C. von Beklagten noch nicht recognoſciret/ alſo vor allen Dingen darauf und die deswegen eingebrachte Ungehorſams-Beſchuldigung zu interloquiren geweſen: Hiernächſt die würckliche Auszahlung derer mitgeklagten Ehegelder mit des Debitoris confeſſion beſcheiniget/ dieſe hingegen zu derer Behauptung/ abſonderlich bey entſtandenem Concurſu Creditorum nicht zulänglich/ folglich nicht ſo woll definitive in der Sache/ ſondern auf beſſere Beſcheinigung des Ehegeldes erkandt werden ſollen; Dieweil aber den-

noch die ſub A. & B. libellirten und originaliter producirten Documenta vor richtig recognoſciret/ und alſo/ was in dem erſten der Klägerin zu gute verſchrieben/ und die deswegen conſtituirte hypothec eingeraumet/ dann der von Walwitz in dem letzteren/ daß ihm die verſprochene 4000. Rthl. Ehe-Geld völlig vergnüget worden/ deutlich bekennet/ und obgleich ſonſten die confeſſio mariti dergleichen regulariter plene nicht probiret/doch dieſes nur ſodann ſtatt findet/wann ſolche der Frauen ſelbſten geſchehen/ er/ der von Wallwitz/ hingegen in angeregtem Documento ſub B. nicht ſein Ehe-Weib/ſondern eine tertiam und deren Frau Mutter/ als die ihm ſolche (Ehe-Gelder) ausgezahlet/ quitiret/ da dann dergleichen Quitungen plenariam fidem machen/ folglich es der recognition, oder endlichen diffeſſion des Documenti ſub C. nicht bedurfft/ und da ſonſt nichts erhebliches dagegen eingewendet worden/ gar woll ſo gleich definitive erkand werden mögen/ zumahl der Lehnherr in die dißfalls verſchriebene hypothec ſeinen gnädigſten Conſens ertheilet/ und es damit ſeine Richtigkeit hat; So iſt nach Inhalt des Urthels billig geſprochen worden. Confirmabatur hæc ſententia à Jenenſibus JCtis ſub public. d. 15. Dec. 1708. ubi in rationibus decidendi inter alia hæc adducebantur: Ob nun woll derſelbe in eventum ſich auf die reſtitutionem in integrum beruffet/ und daß ſelbige in gegenwärtigem Fall daher ſtatt haben müſſe/ vermeynet/ indem bey dieſem Concurs einige Unmündige intereſſiret ſeyn; So erſcheinet doch eines Theils keine læſio aus denen Actis, ohne welche die reſtitution nicht verſtattet zu werden pfleget/ angeſehen der Witben von W. prætendirte illata, Gegen-Vermächtniß und andere jura in notorietate beſtehen/

hen/ und derſelben mit Beſtande nicht abgeſprochen wer- den können / nach mehrern Inhalt der bey voriger ſententz ertheilten rationum decidendi, und würde alſo die geſuchte reſtitutio zu nichts anders / als zu längern Aufenthalt des ohnedem ſchon protrahirten Concurs-Proceſſes dienen / ꝛc.

§. XXI.

Hæ ſunt potiores controverſiæ, quæ circa confeſſionem mariti de accepta dote, & quatenus illa adverſus creditores probet, communiter pertractantur. Ex jure Pomeranico adhuc notandum, quod ibi quoque apocha mariti plenam probationem faciat, ſi illa in ſolenni inſtrumento, der Wiederkehrungs- (ſive Gegen-Vermächtnis-) Verſchreibung continetur. Ita enim in der Pomr. Lehns Conſtitution *tit. 6. §. 3.* Wenn aber die Quitungen des Mannes in ſolenni inſtrumento einer Widerkehrungs-Verſchreibung enthalten/ bedarff es ſolches Endes (de quo ſupra §. *XIII.* actum) nicht / weil daraus ein vollſtändiger Beweiß entſtehet. Sed novum hic ſtatim iterum ſuboritur dubium: quidnam per ejusmodi *ſolenne inſtrumentum* intelligatur, ſive, quomodo illud comparatum eſſe debeat? Ad hoc dubium tollendum commentarii inſtar in adductum textum conſtitutionis eſſe poteſt locus apud Mevium *Conſ. 54. n. 1.* ubi ita Mevius: *Quod etiam tres priores ſummas attinet, adſunt dotalia pacta inter* Jacob Viereggen *& uxorem A. 1609. die Johannis Baptiſtæ inita, ut & antidotalia promiſſa,* eine Gegen-Vermachnis/ *ſeu* Wiederkehrungs-Verſchreibung/ *ut vocamus, eodem die à marito in fidem receptæ promiſſæ, tam dotalis, quam paraphernalis pecuniæ, ut & in ſecuritatem poſt obitum cum lucro reddendæ atque recipiendæ ſcripta,*

pta, & cum ea à proximis agnatis, uti in ea re moris eſt, ſubſcripta. Qualia plenam fidem magnamque autoritatem habere omni dubio caret, Borcholt. *Vol. 1. Conſ. 10.* Cothmann *Vol. 1. Conſ. 21. num. 43.* Heig. *part. 1. qu. 23. num. 36. quam quotidiana fori praxis tribuit.* Intelligitur itaque per inſtrumentum ſolenne tale, quod ab Agnatis mariti, qui donationem propter nuptias præſtare tenentur, welche die Wiederkehre thun müſſen / ſubſcriptum eſt, quorum ſubſcriptio non ſolum in proprium ſubſcribentium, ſed præterea etiam in creditorum præjudicium valet, expreſſe enim ab initio §. *3. d. tit. 6.* der Lehns-Conſtitution agebatur von Lehn-Vettern und Gläubigern. Et ceſſat hic omnis fraudis præſumtio, quia non probabile, agnatos ſubſcripturos fuiſſe, niſi de veritate illationis ipſis plene conſtaret, de eorum enim præjudicio principaliter agitur.

§. XXII.

Una quæſtio adhuc tangenda: *annon confeſſio mariti tunc pro uxore faciat ſufficientem probationem, quando creditores in probatione nominum ſolam quoque ejusdem confeſſionem allegant & in eadem ſe fundant?* Juxta principia interpretationis negamus quæſtionem cum B. Brunnem. *de proc. concurſ. cred. c. 5. §. 32. & in Comm. ad l. aſſiduis. 12. C. qui pot. in pign.* & Baldo Novello *de dote part. 10. num. 16.* apud Menoch. *de præſumt. l. 3. præſ. 13. n. 13.* quoniam à confesſione intuitu creditorum facta ad confesſionem, quæ intuitu uxoris fit, nulla procedit conſequentia. Adfectus ſiquidem maritorum erga uxores & erga creditores non eſt idem, ſed longe diverſus. Maritus in favorem uxoris ſæpe fatetur numerationem dotis, quia, ſi uxor conſequitur bona dotalia prætenſa, ipſe

ipſe ſimul emolumentum exinde conſequitur, dominium ſcilicet civile & perceptionem fructuum ex dominio illo profluentium. Eo ipſo itaque inducitur, ut fateatur, licet nihil acceperit. Quæ vero ratio ipſum induceret, ut in favorem creditorum falſo confiteretur, ſe pecuniam mutuam accepiſſe? Certe nulla. A creditoribus enim nihil ſperare poteſt. Neque poteſt hic provocari ad principium illud: *quod quiſque juris in alterum ſtatuit, ut ipſe eodem utatur*; Leges enim Romanæ in *d. tit. ff.* loquuntur ſolum de eo caſu, quando Prætor ad inſtantiam alicujus *iniquum* jus ſtatuit: at vero creditores mariti confesſionem ad probationem creditorum ſuorum allegantes non utuntur jure iniquo, ſed illud faciunt, quod omnibus actoribus optimo jure licet, ut ſcilicet ex rei confesſione, quæ omnium probationum optima eſt, fundamentum actionis ſuæ depromant. Quamvis vero hæc evidentia eſſe cenſeamus; nihilominus tamen plurimi fere DD. in contrariam ſententiam abeunt, ſtatuentes, mulierem illationem dotis per confesſionem mariti plene probare poſſe, ſi reliqui etiam creditores ratione probationis nominum in eadem confesſione ſe ſolummodo fundent, v. Gailius *l. 2. Obſerv. 81. num. 4.* Zanger. *de except. P. 3. c. 14. num.* 22. Dan. Möller *ad Conſt. Elect. 28. P. 1. num. 36.* qui ſubjungit: *hinc pro cautela traditur, quod ſi reliqui creditores mulieri præferri velint, de actuali numeratione pecuniæ debitæ aliter, quam per ſolam debitoris confesſionem ut doceant, neceſſe eſſe*, Ludov. Roman. *in rubr. ff. ſolut. matrim.* Mynſing. *Cent. 1. Obſerv. 61. num. 4.* Colerus *de proc. execut. P. 3. cap. 1. num. 123.* Rauchbar. *l. 2. quæſt. 30. num. 30.* ibi: *ſi ſcilicet creditores aliter, quam per debitoris confesſionem creditum ſuum probare nequeant.*

Carp-

Carpzov. *P. 1. Conſt. 28. Def. 76.* qui adhuc alios citat. Et hæc ſententia quoque expreſſe adprobata reperitur in *Ord. Proc. Duc. Magdeburg. c. 49. claſſ. 2. §. 26.* Es wäre dann / daß die andern Gläubiger auch keinen beſſern Beweiß / als des Schuldeners Bekäntnis hätten / rc. v. ſupra præjudicium §. *XIX. in fin.*

§. XXIII.

Quod ſi nunc confesſio mariti ſola regulariter illationem dotis plene non probat; jam diſpiciendum erit de quæſtione: quomodo ergo probatio illa rite perfici debeat? Recurrendum hic eſt ad regulas in materia probationum alias conſvetas, juxta quas plenam probationem conſtituunt duo teſtes fide digni, *l. 12. ff. de teſt.* qui vel apocham mariti ſubſcripſerunt, de quo in der Verbeß. Magd. Proc. Ordn. *c. 49. claſſ. 2. §. 1.* das Eheweib behält vor andern in dieſer Claſſe benandten Creditoren den Vorzug billig / wofern das Einbringen ihrer Ehe-Gelder und paraphernalien durch des Ehemannes Quitung und zweyer unverwerfflicher Zeugen Unterſchrifft bekräfftiget wird / vel qui non quidem ſubſcripſerunt, ſed tamen de illatione & actuali numeratione dotis teſtimonium juratum perhibere poſſunt, v. Pomr. Lehns-Conſtitution *tit. 6. §. 4.* ibi: noch durch zweyer Zeugen eydliche aſſertion nicht dargethan werden kan. Idem eſt, ſi non apocham, ſed pacta dotalia ſubſcripſerunt, in quibus ſaltem promisſio dotis facta, unde in Prætorio Hallenſi in dem Wachsmuthiſchen Concurs-Proceß 1709. den 26. Septembr. pronunciatum: Würden die beyden Beyſtände / ſo die Eheſtifftung unterſchrieben / deren Inhalt / inſonderheit / daß die 200. Rthlr. Ehegelder an der Klägerin verſtorbenen Ehemann wirck-

würcklich ausgezahlet / endlich erhalten / ſo ergehet ratione ihrer location auch ſonſt in der Sache / was recht iſt / V. R. W.

§. XXIV.

Quemadmodum itaque probatio illationis dotis, prout modo dictum, per duos teſtes fieri poteſt: ita quoque ſufficiens teſtimonium exinde deſumitur, ſi Notarius in publico inſtrumento teſtatur, ſe præſente dotem fuiſſe numeratam, Carpzov. *P. 2. C. 44. D. 10. num. 1.* vel, ſi pactis dotalibus ſolum ſubſcripſerit, idem tamen ſimul teſtatus ſit, quod nempe tempore confectorum illorum pactorum actualis numeratio revera acceſſerit, Brunnem. *in Comm. ad l. 1. C. de dot. caut. non numer.* Ratio adſertionis ſine dubio conſiſtit in nota regula JCtorum, quod Notarius publicus æquipolleat duobus teſtibus aliis, prout colligunt ex *c. 11. X. de probat.* ibi: *ſemper adhibeat judex aut publicam, ſi poteſt habere, perſonam, aut duos viros idoneos,* v. DD. citatos a Zieglero *de jur. majeſt. l. 1. c. 26. §. 9.* Quoniam vero hodie in multis Provinciis Notarii non prius admittuntur ad officium Notariatus exercendum, neque eorum inſtrumentis fides adhibetur, niſi ante à Regimine Provinciæ in numerum Notariorum recepti, &, prout loquuntur, immatriculati fuerint; hinc quoque in præſenti materia neceſſe erit, ut Notarius fuerit immatriculatus, ſi ipſius teſtimonio ſoli plena fides adhiberi debet.

§. XXV.

Quid ſi uxor *fratres ſuos* tanquam teſtes producat?

cat? Putarem, eos non eſſe teſtes omni exceptione majores propter conjunctionem, quæ inter eos & ſororem intercedit, & ſic uxorem adhuc ad præſtationem juramenti ſuppletorii obſtrictam eſſe; ſed vero DD. communiter eos admittunt, prout videri poteſt apud Carpzovium *P. 1. C. 28. D. 81.* Rationes adſertionis haſce reddunt: (1) quod probatio dotis ſit favorabilis, cui ſuccurri æquum ſit, ne pereat: (2) quia fratrum teſtimonium nullibi in jure prohibitum legitur, ergo illud permiſſum cenſeri debere: (3) quod ſuſpicio ex conſanguinitate & arctiſſima conjunctione orta ex præſtito juramento refellatur. Reſtringunt interim adſertionem ad iſtum caſum, ſi fratres cum uxore non ſint in communione bonorum & cohabitatione, & modo patria poteſtas ceſſet. Aſt, ſi dicendum, quod res eſt, rationes iſtæ parum in receſſu habere videntur. Favendum eſt doti, ſed non cum damno aliorum. Habetur in *l. 3. pr. ff. de teſtib.* quod non ſit idoneus teſtis, qui *amicus* ei eſt, pro quo teſtimonium dicit. Hic non obſcure dicitur, fratres in gratiam ſororis non eſſe teſtes omni exceptione majores. Et quamvis omnes teſtes prævio jurejurando deponere debeant, propterea tamen pro teſtibus omni exceptione majoribus nondum reputantur. Reſtrictio etiam, *modo non amplius vivant in communione bonorum & cohabitatione*, nihil ad rem facit, adfectus enim erga ſororem etiam poſt ceſſantem communionem & cohabitationem permanet. Illa autem reſtrictio, *modo ceſſet patria poteſtas*, miſera admodum eſt. Emancipatio enim per ſe, ſi alia non accedant, itidem non tollit benevolum adfectum. Neſcio, an for-

an forſan reſpexerint DD. ad *§. 10. J. de teſtam.* ubi dicitur, quod in teſtamento non poſſint teſtes eſſe fratres heredis, qui in ejusdem patris poteſtate ſunt; ſed exinde iterum nihil deduci poteſt, quoniam ibi ſermo eſt de teſtimonio ſolemnitatis, nos vero de teſtimonio veritatis diſputamus, & ab illo ad hoc non valet conſequentia.

§. XXVI.

Quod ſi uxor ***unum ſolummodo teſtem*** omni tamen exceptione majorem pro ſe habeat, ad juramentum ſuppletorium admittitur, v. Finckelth. *Obſ. pract. 22. per tot. Ordin. Proc. Duc. Magdeb. c. 49. claſſ. 2. §. 25.* ibi: **oder des Eheweibes Erfüllungs-End/ wann nicht eines beglaubten Zeugens endliche Ausſage verhanden.** Convenit hoc iterum cum regulis communibus in materia probationis, ubi quilibet ad juramentum ſuppletorium admittitur, ſi quando ſemiplene probavit, qualis ſemiplena probatio ex depoſitione jurata unius teſtis omni exceptione majoris deſumitur. Sola vero confesſio mariti nec plenam, de quo ſupra, nec ſemiplenam probationem efficit, & per conſequens ea huic juramento locum non facit.

§. XXVII.

Antequam progrediamur, ſpeciale quid ex jure Pomeranico hic notari meretur. Scilicet ibi promiſſio in pactis dotalibus facta in tantum operatur, ut uxor ad juramentum ſuppletorium admitti queat. Ita enim in der **Lehns-**Conſtitution *tit. 6. §. 4.* **Wann der Mann albereit mit Tode abgangen/ und die** illation **weder durch dergleichen** inſtru-

ſtrumentum ſolemne, (de hoc v. ſupra §. *XIX.*) noch durch zweyer Zeugen eydliche aſſertion nicht dargethan werden kan/ muß die Witbe zur Erfüllung ſothanen Beweiſes/ daß die in den Ehe-pactis verſchriebene paraphernal- und Ehe-Gelder würcklich eingebracht ſeyn/ mit einem Cörperlichen Eyde in ſupplementum veritatis erhalten. Huc pertinent ea, quæ habet Mevius *P. 9. Dec. 58.* uti ſtatim ex rubrica Deciſionis patet: *Non ſufficit contra creditores ad probandam dotem mariti confeſſio, ubi cauſa quædam de iſta male ſuſpicandi adeſt: accedente autem juramento dos probata habetur.* De heredibus autem uxoris porro ita diſponitur in citata Conſtitutione: Ihre Erben aber werden zu dem juramento credulitatis nicht anders verſtattet/ als wenn Sie (præter promiſſionem in pactis dotalibus factam, quæ ſufficiebat intuitu uxoris) entweder Quitungen/ oder die confeſſion des Mannes/ oder einen zu rechte unverwerfflichen Zeugen vor ſich haben.

§. XXI.

Quin præter teſtem unicum etiam aliæ artificiales probationes, ſive præſumtiones, admittantur, ad conſtituendam plenam probationem, nullum dubium eſt, quo pertinent verba *Ordin. Magd. c. 49. claſſ. 2. §. 26.* oder es finden ſich ſonſten gewiſſe Umſtände und Anzeige/ daraus illatio dotis abzunehmen/ item *emendat. ordin. d. c. 49. claſſ. 2. §. 1.* oder Sie ſonſt beglaubter maſſen beybringen kan/ daß das Geld und Paraphernalien an den Mann gelieffert. Probationes ejusmodi artificiales ex circumſtantiis in quolibet facto obvenientibus deſumi debent.

Digitized by Google

debent. Nam quas vulgo adducunt, eæ parum ponderis habere videntur. Tres potiſſimum recenſet Menochius *de præſumt. l. 3. præſumt. 12. num. 23. 24. & 25.* *Prima* eſt, ſi vir uxori tanquam dotatæ alimenta exhibuit: *Secunda*, quando maritus in teſtamento reliquit legata aliqua, & dixit, quod ea legata uxori relinquat ultra dotem ſuam: *tertia*, ſi conſtat, partem illius dotis, quam confeſſus eſt maritus recepiſſe, vere fuiſſe numeratam, quia tunc præſumitur, maritum totam dotem recepiſſe. Prima jam ipſi diſplicuit Menochio, quia maritus potius amore conjugali, quam ratione receptæ dotis uxorem aluiſſe videtur. Addo: quia maritus propter non acceptam dotem uxorem domo expellere nequit, ſed nihilominus ad alimenta ipſi ſuppeditanda obligatus eſt. Secunda nihil continet, præter confeſſionem mariti, de qua omnes DD. dicunt, eam quidem probare contra heredes mariti, neutiquam vero adverſus creditores. Tertia principiis juris adverſatur, quoniam exceptio non numeratæ pecuniæ ratione partis etiam opponi poteſt, *l. 2. C. de non numer. pecun.* & hic intuitu non numeratæ dotis diverſum quid in jure ſtatutum non deprehenditur. Evidentiorem ego conjecturam eſſe crederem, ſi conſtaret, maritum antea æri alieno obnoxium, aut ædes ipſius ruinoſas fuiſſe, eum vero mox poſt illud tempus, quo dotis numeratio facta perhibetur, debita ſua perſolviſſe, ædes ruinoſas reparaſſe, item nova prædia, vel res pretioſas ipſum comparaſſe, &c.

Digitized by Google

§. XXIX.

Quod *terminum probatorium* attinet, quoniam in hac materia de probatione illationis dotis de eo nihil ſpecialiter ſtatutum: ergo ille terminus obſervandus erit, qui aliis actoribus in ordinatione proceſſuali cujusvis Provinciæ præſcriptus eſt. Sed quid, *ſi uxor terminum illum accurate non obſervet*, quæritur: *annon beneficio reſtitutionis in integrum gaudeat*? In Electoratu Saxoniæ hæc quæſtio ſpecialiter deciſa reperitur per *Deciſ. noviſſ. 4.* ſequentem in modum: Ob ein Weib nach Verflieſſung der ihr zur Beweiſung ihres Einbringens beſtimten Sächſiſchen Friſt nochmahln damit zuzulaſſen? Deciſio: daß die zur Beweiſung beſtimte Friſt der ſechs Wochen/ drey Tage/ vermöge der Sächſiſchen Rechte und darauf eingeführten Gerichts-Brauch terminus peremtorius iſt/ erhellet aus unſerer Gerichts-Ordnung und anderen Conſtitutionen. Dahero etzliche Rechts-Lehrer dahin zielen/ daß bey dieſer Regel es billig zu verbleiben/ die Streitigkeiten einzuziehen/ dem Weib/ daß ſie ihren Beweiß nicht beſſer in acht genommen/ beyzumeſſen und weitere Friſt nicht zu verſtatten ſey. Nachdem aber angezogene Gerichts-Ordnung ſelbſten in etlichen Fällen eine limitation machet/ wann ſonderlich in cauſis minorum & univerſitatum vermittelſt des beneficii reſtitutionis in integrum ein anders erhalten würde; Und dann die Weiber mit denen Minderjährigen und Communen disfalls nicht ungleiches Recht haben/ denſelben aber/ wie auch den minoribus & univerſitaribus

bus wieder die abgelauffene Friſt anderer geſtalt nicht/ als vermittelſt der reſtitution zu rathen/ jedoch mit dieſem ausdrücklichem Beſcheidt/ daß eine ſolche reſtitution nicht eben durch eine ordentliche Klage/ ſondern auch per nudam implorationem erhalten/ oder exceptionis loco geſuchet/ ja die Part gar vom Richter geſtalten Sachen nach hierinnen prævenirer werden könne; So laſſen wir es bey dieſer Erklärung allenthalben bewenden/ und wollen/ daß hinfühero denen Weibes-Perſonen auf ihr gebührliches Anſuchen ſolchergeſtalt nach Verflieſſung der erſten/ noch eine Sächſiſche Friſt (damit ſie ſich übereilens nicht zu beſchwehren) vermittelſt ietzterzehlter maſſen beſchehenen reſtitution eingeräumet/ iedoch mit dieſer Verwahrung/ wo ſie ſolcher Zeit und Friſt den Beweiß wegen ihres Einbringens nicht verführen/ daß Sie alſo dann ferner damit nicht gehöret/ noch zugelaſſen werden ſollen. Extra Saxoniam reſtitutionem contra lapſum termini probatorii eodem modo obtineri poſſe exiſtimo, indulgent enim DD. illam tali caſu, ubi cauſa favore digna adeſt, Brunnemann. *in Proc. Civil. cap. 18. num. 15.* at vero cauſa dotis cauſis piis accenſetur & communiter inter maxime favorabiles referri ſolet.

§. XXX.

Hactenus de caſu, quomodo probatio illationis dotis intuitu creditorum concurrentium ſit expedienda: progredimur nunc ad caſum V. & ultimum (v. ſupra

pra

pra §. V.) quando uxor contra *defuncti mariti agnatos & ſucceſſores in feudo* actionem inſtituit & dotalitium ab ipſis petit, nam & hoc non debetur, niſi doris illatio realis probata fuerit, B. Stryk. *Exam. jur. feud. cap. 21. quæſt. 10.* Hic vero nihil novi occurrit, ſed quæcunque ad caſum præcedentem quartum diximus, ea hic eodem modo ſunt repetenda. Quemadmodum ergo ſola confeſſio mariti de illatione dotis non probat in præjudicium creditorum: ita nec eadem agnatis præjudicat. Exceptio eſſe poſſet, ſi agnati defuncto marito non ſolum in feudalibus, ſed quoque in allodialibus ſuccederent, tunc enim ad omnia ipſius facta præſtanda obligarentur. Sane liberis, inquit Carpzovius *P. 2. C. 44. D. 10. num. 3. ſeqq.* ſive heredibus mariti confeſſionem præjudicare nemo facile negabit; ſecus vero res ſe habet in ſucceſſoribus feudi, qui mariti heredes non ſunt. Ab his enim, ſi mulier petat dotalitium, eam haudquaquam relevare poterit ab onere probandi confeſſio mariti, qua tum, cum dotalitium conſtitueret, dotem ſe percepiſſe adſeruit, quia ex regula vulgata haud ſtandum eſt confeſſione ejus, qui actum ſine certa aliqua qualitate expedire non poteſt, etiamſi adſereret, qualitatem illam, quæ ei diſponendi facultatem tribuit, interveniſſe, conf. Magdeb. Pol. Ordn. *cap. 8. §. 38.* ibi: und daß ſolches geſchehen durch des Ehemannes Quitung und zweyer unverwerfflicher Zeugen Unterſchrifft bekräfftiget werde.

§. XXXI.

§. XXXI.

Ceterum, ſi vidua dotalitium petens illationem dotis eo modo, de quo ante dictum fuit, accurate probavit: ea ulterius ad hoc probandum non adſtringitur, quod etiam dos illata *in utilitatem feudi verſa fuerit.* Ex illatione enim verſio præſumitur, donec agnati contrarium probaverint, Carpzov. *P. 2. C. 44. D. 9. num. 7. & 8.* Extra caſum hujus dotalitii ex feudo præſtandi ad verſionis probationem plane non reſpicitur, ſed mulier privilegio dotis revera illatæ gaudet, quamvis ea in utilitatem mariti non fuerit verſa, v. *Ordinat. Proceſſ. Ducat. Magdeb. c. 49. claſſ. 2. §. 25.* ibi: ſondern in würcklichen und warhafften Einbringen, ob es gleich nicht in des Mannes Güter verwand/ gegründet ſeyn/ v. *l. aſſiduis 12. §. 1. ibi: licet res dotales non extent, ſed quocunque modo vel diſſipatæ, vel conſumtæ ſint. C. qui pot. in pign.* Carpzov. *P. 1. C. 28. D. 71.* Ceterum, quomodo in Pomerania probatio intuitu Agnatorum ſit perficienda, de eo jam ſupra *§. XIII.* & alibi actum fuit.

§. XXXII.

Coronidis loco nonnulla quoque de *paraphernalibus* eorumque probatione ſubjiciemus. Ubi notandum, quod quæcunque de modo probandi dotalia hactenus attulimus, illa eadem ratione ad probationem illationis bonorum paraphernalium applicari queant, unde plerumque dotalia & paraphernalia conjunguntur, v. Verbeß. Magdeb. Proc. Ordn. *c. 49. claſſ. 2. §. 1,* ibi: woferne das Einbringen ihrer Gelder und para-

Digitized by Google

raphernalien durch des Ehemannes Quitung und zweyer unverwerfflicher Zeugen Unterſchrifft bekräfftiget wird/ oder ſie ſonſt beglaubter maſſen beybringen kan / daß das Geld und paraphernalien an den Mann geliefert/ Pomr. Lehns-Conſtitution *tit. 6. §. 4.* ibi: daß die in den Ehe-Pactis verſchriebene paraphernal- und Ehe-Gelder würcklich eingebracht. Quamvis enim uxori intuitu bonorum dotalium & paraphernalium non idem jus prælationis intuitu antiquiorum creditorum hypothecariorum conveniat; illa tamen propter bona paraphernalia jure tacitæ hypothecæ etiam gaudet, & ſic creditorum hypothecariorum poſteriorum, nec non perſonaliter privilegiatorum in quarta ac demum chirographariorum in quinta claſſe maxime intereſt, ut de illatione actuali paraphernalium accurate conſtet, quia uxor ratione paraphernalium ipſis præfertur, & ſic non exiguam partem bonorum debitoris abſorbet, quo facto reliqui carere tenentur. Atque hinc de probatione paraphernalium Facultas Juridica Hallenſis Menſ. Februar. A. 1710. ſequentem in modum reſpondit: P. P. Im übrigen/ was die übrige prætenſiones derer Witben betrifft/ ſo hat zwar dieſelbe zu deren Liquidation unterſchiedene Documenta produciret/ und daraus illationem erweiſen wollen/ Sie vermeynet auch/ daß ſolcher Beweiß hinlänglich ſeyn werde ad debitum feudale conſtituendum, cum etiam verſio in feudi utilitatem ex illatione præſumi debeat,

Carpzov. *de oner. feud. Dec. 4. poſ. 4. num. 15.*

Die-

Dieweil aber dennoch aus den angeführten Documentis zwar ſo viel erhellet / daß die Frau Witbe die angegebene Poſten theils jure hereditario, theils aliunde empfangen / oder wenigſtens ihr verſchrieben worden / daraus aber nicht ſo fort zu ſchlieſſen iſt / daß Sie alle ſolche Poſten ihrem Eheherrn in die Hände gegeben und inferiret / indem Sie auch dieſelbe als bona receptitia behalten können / zumahlen da nach ihrem eigenen Geſtändnis und der Ehe-Pacten diſpoſition die realis illatio dotis nicht einſten geſchehen / und alſo umb deſtoweniger zuvermuthen / daß die andere paraphernal-Poſten debito modo werden inferiret ſeyn / auch nicht allein hinlangen kan / daß Sie ihrem Ehe-Herrn etwas davon geliehen / ſondern dieſelbe Poſten als paraphernalia inferiret ſeyn müſſen / folglich dieſerwegen noch ein beſſerer Beweiß erfordert wird / im übrigen ſo fern ſolcher erfolgen ſolte / die Witbe billig mit der probatione verſionis in utilitatem feudi zu verſchonen iſt / cum ex probata illatione paraphernalium verſio præſumatur, nec ſpecialiter illa adhuc probari debeat,

Carpzov. *loc. cit.*

gleichwoll doch denen Lehns-Vettern freybleiben muß / das contrarium zu erweiſen / quod ſi enim probari poteſt, dotem, ſeu paraphernalia in utilitatem feudi verſa non eſſe, ſucceſſores feudales non obligantur,

Struv. *Synt. jur. feud. c. 14. aphor. 10. num. 3.*

F 2 So

So iſt zu förderſt die Frau Withe illationem paraphernalium beſſer / als geſchehen/ zu erweiſen ſchuldig/ V. R. W.

TANTUM.

VA1152M27

Digitized by Google